Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



250

rim diximus secundum unum tropum. Dicamus autem & alio modo. Diligit dominus portas sion. mihi
uidentur portas sion. ecclesiae uirtutes. sicut enim porta mortis uitia atque peccata. ita porta sion
uidentur mihi ecclesiae uirtutes. Denique dicit in alio loco. qui exaltas me de portis. sicut porta mor-
tis peccata sunt. ergo porta hierusalem uirtutes sunt. super omnia tabernacula iacob. Uid. &
quoniam iacob. hoc est usque populus. non habet fundamentum nec domus fundamentum posita. sed
tabernacula quae cito praetereunt. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ergo hoc quod dictum est.
fundamenta eius in montibus sancis. possumus autem & de hoc dicere. gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.
quae est ista ciuitas. ubi dicta sunt gloriosa. In omnibus. pphetis dictum est de hac ciuitate esaias dicit.
Exsurge exsurge hierusalem hierusalem. Induere fortitudine brachium. Iterum ipse esaias.
Ego ciuitas firma ciuitas quae oppugnatur. dicit & dauid. fluminis impetus laetificat ciuita-
tem dei. & in alio loco. Domine in ciuitate uia eorum dissipabis. & saluator gloriosa locutus est de hac
ciuitate. Non potest abscondi ciuitas super montem posita. memor ero rahab & babilonis scien-
tibus me. quando dixit. gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. & tamen ipsa ciuitate ecclesiam intellegimus
degentibus congregata. propter eam nunc de uocatione gentium dicitur. memor ero rahab & babil
onis scientibus me. quicumque peccator est secutus sit. domino memor fuit rahab. secundum dixi. sire
uestatur ad dominum. certum securitas sine lacrimis non habet remedium. memor ero rahab.
rahab illius meretricis quae suscepit exploratores hiesu qui erant in hiericho. qui a uenerat hie
sus & misit duos exploratores. & cum illecupiat intus facere exploratores. solam meretrix rahab
suscepit & suscepit eos non in inferiore loco. sed in caenaculo. Dicamus ergo primum secun
dum quod uulgo dicitur. Neque enim debemus & illam intuitionem dimittere dicamus. & nos ergo
matrem sion dicit homo & homo natus est in ea. Ipsi sunt qui nati fuerunt in ecclesia alieni gentes tyrus
& populus & chiopum isti qui nascuntur in ecclesia. credunt in ecclesia & nascuntur in eccle
sia. nisi enim baptizati fuerint filii ecclesiae non erunt. isti uero quibaptizati sunt in
ecclesia matrem appellant ecclesiam. dicamus & secundum hebraicam ueritatem. Numquid sion
dicit homo & homo natus est in ea. quod dicit hoc est. quis poterit nuntiare sion. quis ei poterit
nuntiare hominum. quoniam homo nascitur in ea. & ipse saluabit eam. hoc est nullus hominum
potest ei nuntiare qui a sion saluatur in homine qui in ea nascitur & homo natus est in ea.
quis est iste homo & ipse fundauit eam altissimus. Respondeant arriani. quoniam dicunt
altissimum solum patrem esse. Ecce hic de filio dictum. & ipse fundauit eam altissimus. Non
dixit filius dei qui erat in principio apud patrem. sed quid dixit. homo natus est in ea & ipse
fundauit eam altissimus. sicut altissimus dictum quantum magis uerbum dei. Dominus nar
rabit in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Dominus narrabit qui
fuerunt in ea. non dixit qui sunt in ea. sed qui fuerunt in ea. Dominus narrabit. & quomodo narra
uit. non uerbo. sed in scripturis. In cuius scripturis In populorum non sufficit. sed
& iam principum dicit & quorum principum qui sunt in ea. Non dixit hoc sed qui fuerunt